



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François


Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Cantabrigiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

IN CHORO TEMPLI D.
DIONYSII.*Anima super athera viuunt.*IACOBO COLIO G. F. BELGAE
Regis HENRICI VIII. munere Angl. indigenæ,
mercatori probo:Qui obiit ann. Christi CIO. IO. XCI. suo
LXXIIX. & ELIZAB. ORTELIAE Q. Ob.

An. Christi CIO. IO. XCIV.

Connubio nuper, nunc tumulo iunctis
IACOBUS COLIVS parentib. pientiss.
H. M. F. C.CHRISTO DVCE ET OSSA RESVRGENT,
COLII & ORTELIAE (iunxit quos tæda iugalis)
Astra simul animas, iungit hoc ossa solum.

CANTABRIGIAE.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

NICOLAUS VVOTONVS Roberti VVo-
toni Equitis aurati ex Anna Belknappa fi-
lius, vtriusque Iuris Doctor, Ecclesie huius
primus, itemq; metropolitanæ Ecclesie D. Petri
Eboracensis Decanus: Henrico VIII. Eduardo VI.
Mariæ & Elisabethæ Angliæ Regib. à secretis con-
silijs, ad Carolum V. Cæsarem bis, ad Philippum
Hispaniæ regem semel, ad Franciscum primū Fran-
corum Regem, ad HENRICVM secundum eius
filium ter, ad Mariam Hungariæ Reginam Belga-
rum præsidem semel, ad Guillelmum Cluensum
Ducem bis, legatione functus. Renouatæ pacis in-
ter Anglos, Francos & Scotos, inter Guinas &
Arderam

Ardoram anno 1546. similiter & ad Castrum Cameracense, anno 1559. Denique Edimburgi Scoriz anno 1560. Oratorum munus. Hic tandem ferè septuagenarius requiescit. Hæc ille ante mortem & ante morbum, quasi fatalem diem præsentens, & cygneam cantionem Propheticè canens sua manu in museo scripta reliquit. Qui apud tales Principes diuina prouidentia gubernante, laudabiliter & in tot ac tantis causis, quarum magnitudo grauissima, vtilitas publica fuit, feliciter bonam vitæ suæ partem consumpsit, eum viuum sapientem, & experientissimū ipsa inuidia iudicare debet. Quam semper ab omni contentione honorum fuerit alienus, illud declarat, quod ad hanc Ecclesiasticam dignitatem non ambitione vlla sua inflātatus, nec amicorum opera vsus aspirauit, sed eam vtramq; Henricus VIII. hominis merito & virtute prouocatus, vtrò detulit. Cumq; idem rex illustrissimus morbū lethalē ingrauescere persentiret, & Eduardi Principis sanè excellentissimi, adhuc tamē pueri & Reip. administrandæ imparis, imbecillā ætatem senili prudentia secretioris consilij sui regendam existimaret; illis ex sedecim, quos supremæ voluntatis suæ testes & vindices testamento instituit, hunc Nicolaum absentem tum in Francia legatum vnum esse voluit. Eduardo regi iam medio regni curriculo propè confecto, vnus ex primarijs secretarijs fuit; quem locum diutius tenere potuisset, nisi & suis & assiduis amicorum precibus abdicanti veniam impetrasset. Corpus illi erat gracile quidem & paruum, sed erectum, habitudo sana, vultus liberalis, victus exquisitus, quem semel tantum in die capere consueuerat. valetudo adeò firma, vt rarò morbū aliquem senserit. animus verò

totus

totus libris ac literis dicatus, artium, Medicinæ, Iurisprudentiæ, & Theologiæ studio intentus, linguarum Romanæ, Italicæ, Gallicæ, & Germanicæ inferioris cognitione pulchrè exornatus. Ita vir iste genere clarus, legatione clarior, domi ac foris clarissimus, honore florens, labore fractus, ætate confectus, postquam Decanus huic Ecclesiæ annos 25. dies 293. præfuiisset; Londini Ianuarij 26. anno nostræ salutis 1560. piè & suaviter in Domino obdormiuit, Thoma VVottone nepote hærede relicto, qui ei hoc monumentum non honoris ergò, quo abūdauit viuus, & florescet mortuus; sed amoris causa, quem memoria colet, vt debet, sempiterna, consecrauit.

 O X O N I A E.


STRUXIT HVGO PRITIVS tibi clarapalatia
IESV,

Vt Doctor legum pectora docta daret.

Quos versus cum vir quidam non illepidi ingenij transiens perlegisset, atque PRITII illius exactam ætatem, simul & operis vixdum inchoati magnitudinis animo expendisset, tale distichon illi disticho opposuit.

Nondum struxit HVGO, vix fundamenta locauit:

Det Deus, vt possis dicere: struxit HVGO.


 G A L L I C A.

 P A R I S I E N S I A.

I N L V T E T I A M I V L. C A E S.

S C A L I G E R.

FRAN-